

res. nu. 12. & sequentibus, & verbo Crucia-
 ta. Si vero de licentia legitimi Prelati Fra-
 tres Bullam acceperint, secus dicendum est.
 Quibus verbis addit Pater à Veracrucce, si
 datur licentia quo ad reseruatà. Et addit
 Modo per Gregorium. 13. Datum est Fratri-
 bus Societatis vt nullus à cassibus reserua-
 tis per Bullam possit absolui sine licentia
 sui Prelati, & deseruit Mendicantibus per
 communicationem, & hoc non intelligas
 odiosum sed favorabile, quia ad bonum Re-
 ligionis in communi est, & hanc quæstionem
 proponit auctor Compendij in verbo Cru-
 ciata, & concludit non esse securum in con-
 scientia Religioso, vti Bulla pro reseruatìs,
 & adducit Pontificum declarationes. Quæ
 notent Fratres, pro securitate, & serenitate
 conscienciarum suarum.

CANONICA PORTIO.

¶ Bonifacius. 8. in Extranagante Super
 cathedram, de Sepulturis. §. Verum ne Pa-
 rochiales Ecclesie, & Clemens. 5. in Con-
 cilio Vienensi, Clementina. Dudum de Se-
 pulturis, eodem. §. Verum ne, statuerunt